ANDR. KRAG

THESES EX IV ET V
CAPITIBUS I
LIBRI PHYSICORUM
ARISTOTELIS DESUMPTÆ

1591

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

48.-13.4°

LN 1020
ex.1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

48,-13

THESES
EX QVARTO
ET QVINTO CAPITIBVS PRIMI LIBRI PHYSICO-

rum Ariſtotelis deſumptæ; Quæ diſputa-
buntur ad diem VI. Octobris in Do-
mo Valchendorphiana Sedecim
Studioſorum habitationi do-
nata & dicata.

⁂

Præſide
ANDREA KRAGIO RIPENSI.
Reſpondente
NICOLAO PASCHASIO
CIMBRO

HAFNIÆ,
Excudebat Matthias Vinitor.
CIϽ IϽ. XCI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

THESIS I.

Cap. IV. ABſoluta diſputatione ſuſcepta contra Philoſophos unicum principium immobile finitum aut infinitum ſtatuentes: eorum ſimiliter ſententia impugnanda erat, qui unum principium agnoverunt ſed mobile.

II.

Hujus ſententiæ profeſſores in diverſas ſunt diſtracti partes. Quidam agnoſcunt ſubjectum principium: & id unum trium elementorum: aut aliud quiddam quod igne eſſet denſius, aëre tenuius: unde cætera raritate & denſitate, exuperantia & defectu gignerentur: tanquam duobus in uno ſubjecto contrariis. Alii in uno principio ſuo mobili confuſionem & mixtionem quandam agnouerunt, & per ſeparationem omnium rerum generationem induxerunt: ut Anaximander, Empedocles, Anaxagoras.

III.

Miſsis omnibus hujus primæ ſententiæ defenſoribus: prætérito Anaximandro & Empedocle, ſolus petitur Anaxagoras, & unà ratio qua adductus ad hoc principium ædificandum.

IV.

Ratio ſumitur ex communi Philoſophorum ſententia, quam hoc pacto concludit. Ex nihilo nihil fit:

Ergo Omnia inſunt in elemento confuſo.

Teſtimonium Philoſophorum in antecedente expreſſum, confirmatur ex doctrina cauſarum & effectorum. Siquidem quicquid oritur & fit, illud neceſſe eſt fieri aut ex re exiſtente aut non exiſtente. Ex re non exiſtente cùm nihil fieri poſsit: ne-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

THESIS I. II. III.

CVm propter unicum principium mobile Phi- Cap. IV.
loſophi varii accuſentur, nominatis ſolummo- do Anaximandro, Anaxagora, Empedocle, agnoſcentibus illud ex confuſis & mixtis partibus con- ſtitutum: & ſolus poſtea Anaxagoras poni in judicis ſententia cogatur: dubio procul conqueretur ſibi injuri- am fieri, & Ariſtotelis in ſe oppugnando libertatem non carere ſuſpicione. Præſertim cùm Anaximander videa- tur per generationem rerum nihil aliud intellexiſſe quàm alterationem & contrariorum ex uno principio ſeparatio- nem. Empedocles etjam hanc concordiam in quattuor ſuis elementis & in rerum compoſitione admittit, & di- ſcordiam in reſolutione & corruptione. Et propterea eorum ſententias à veritate magis alienas eſſe: quod etjam ſequenti diſputatione patefacere conabitur: ſi modò verum ſit ipſius Ariſtotelis teſtimonium, quòd Anaxago- ras unicum ſaltem & id finitum principium poſuit.

IV.

Hac ratione adductum arbitratur Anaxagoram fuiſſe ut ſtatueret unicum illud principium rerum omni- um, cujus priùs mentionem fecit Ariſtoteles. Verùm hanc rationem cùm Ariſtoteles ſpecialibus quibuſdam ar- gumentis impugnet, nec hæc ratio apud Anaxagoram uſpiam legatur, aut in vita ejus reperiatur: non videtur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

ceſſe eſt illud ex exiſtente re fieri, & omnia fieri ex omnibus: etſi propter parvitatem ſub ſenſus noſtros non cadant, nec priùs animaduertebantur antequam partes numero & viribus potentiores dominium acceperunt.

V.

Anaxagoræ principium unicum impugnaturus Ariſtoteles, infinitatem quam in eo repperit oppugnat.

Infinita magnitudine & ſpecie non poſſunt animo comprehendi:

Anaxagoræ principium confuſum eſt infinitum partium multitudine & ſpecie. Ergo &c.

Et per ſecundam conſequentiam nec etjam quicquam ex hoc principio unico compoſitum cognoſcitur. Quia tum demum compoſitum cognoſcitur, quando partes intelliguntur.

VI.

Eadem infinitas ſyllogiſmo impugnatur ſumpto à natura totius & partium.

Si totum non poteſt in infinitum augeri & diminui, nec etjam partes:

At totum non poteſt: Ergo &c.

Propoſitio confirmatur: quia eadem eſt ratio totius & partium. Aſſumptio negatiuè (tanquam per ſe nota) ponitur: quòd cuilibet rei ſua ſit præfinita quantitas.

VII.

In eâdem lucta contra principium Anaxagoræ unicum

operæ precium longam huic comparare defenſionem. Ea ſaltem quæ contra Anaxagoræ principium infinitarum partium, homogeneum, confuſum, ab Ariſtotele adferuntur noſtro examini ſubjicientur.

V. & VI.

Si Anaxagoras hoc unicum principium materiale conſtituit, non injuriâ ab Ariſtotele Phyſico ejus reprehenditur ſententia phyſica. Sed ſi edocti fuerimus ex omnibus illis qui ejus dogma annotârunt, vitam, dicta & facta ejus conſcripſerunt, eum quotieſcunq; de rerum naturalium materia locutus ſit, quatuor elementa agnoviſſe, & cauſam efficientem rerum omnium Mentis vocabulo expreſſam ſuum principium unicum infinitum conſtituiſſe, extra noxam eſt, & immeritò ab Ariſtotele traducitur. Talem autem eſſe Anaxagoræ ſententiam de materiali & efficiente rerum principio, teſtis eſt ipſe Ariſtoteles hoc eodem capite & alibi. Item Plato. Cicero de Nat. Deorum. Diogenes Laërtius: & omnes ad unum, qui Anaxagoræ placita poſteris reliquerunt, ut videatur potius hæc ſententia Ariſtotelica, quàm in Anaxagoræ cerebro genita, aut uſpiam ab eo expreſſa.

VII.

Non poteſt Anaxagoras vel hîc culpam evitare, & ſeſe ab Ariſtotelis accuſatione tueri, ſi in tam craſſa fuerit opinione, quòd voluerit omnia actu & revera fuiſſe

confuſionem & mixtionem ejus impugnat.

Si omnia ſunt in omnibus, quodlibet fit ſegregatione ex quolibet:

At omne corpus finitum finiti detractione & ſegregatione tollitur & abſumitur. Ergo &c.

Aſſumptio exemplo aquæ probatur, à qua ſi auferantur carneæ in ea contentæ partes: eaq; ſi continuetur ſeparatio, tandem pervenietur ad quantitatem minimam à qua nihil deſumi poteſt: aut etjam ex magnitudine finita partes æquales finitæ ſed multitudine infinitæ auferentur.

VIII.

Poſtremò in Anaxagoræ principio partium conformitatem & convenientiam improbat exemplis.

Lutum dividitur in lutum & non lutum: Et aqua fit ex aëre: Ergo non eſt unicum conforme principium: ſed melius eſt finita & pauciora conſtituere, quod etjam fecit Empedocles.

IX.

Cap. V. *Tandem vera & Ariſtotelicæ Philoſophiæ conveniens inquiritur de principiis ſententia: quod tamen expediri non poterat, niſi præmiſſa priùs & demonſtrata principiorum contrarietate: quod duobus hiſce fit ſyllogiſmis.*

X.

1. *Syllogiſmus deſumitur à communi Philoſophorum teſtimonio.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

in omnibus antequam ſeparentur: quod tamen videtur Ariſtoteles in eo obſervaſſe, & aquæ exemplo indicaſſe: ex qua carneæ partes infinitæ numero & multitudine ab Ariſtotele deſumuntur. At verò cùm Anaxagoras à tali confuſione rerum actu exiſtentium ſemper abhorruerit, juſtas habet cauſas hanc Ariſt: ſeueram & ſeriam accuſationem eludendi.

VIII.

Conformitas & partium conuenientia inter ſeſe leuiter ab Ariſtotele impugnatur. Exemplum enim luti contra Anaxagoram non facit. Nam etſi in eo ſint partes diuerſæ, non tamen ſunt contrariæ. Et quando ex aëre fit aqua: fit quia illi inerant aqueæ partes, quæ reſolutæ in aquam conuertebantur, & ut conuerterentur naturæ ſimilitudine aptæ erant.

IX.

Definitio lege Methodi præcedere debebat: ut prius natura & eſſentia quàm ſpecies & numerus principiorum intelligeretur: quod tamen Ariſtoteli condonamus, ſi verum principiorum numerum nobis logicè inueſtigauerit. Cap. V.

X.

Parmenides priùs accuſabatur propter unicum ſuum principium. Hîc reconciliatur Ariſtoteli, ſi velit contrarietatem admittere in ſuo principio. Sed aut hæc aut

Omnes Philoſophi faciunt principia contraria:
Ergo contraria ſunt.

Antecedens probatur enumeratione Philoſophorum, Parmenidis, Democriti, & aliorum qui de principiis quicquam ſcripſerunt. Nam hi omnes in iis contrarietatem agnouerunt.

XI.

2. *Deſumitur ab adjuncto proprio principiorum.*
Principiorum ea debet eſſe natura & conditio, ut nec ex ſeſe mutuò, nec ex aliis, ſed ab ipſis omnia gignantur:
Atqui hæc eadem inſunt contrariis primis: contrariaq́ prima talia ſunt.
Ergo principia ſunt contraria.

XII.

Hoc ut eò rectiùs intelligeretur, confirmanda erat Aſſumptio: Omnìa fieri ex contrariis primis: idq́ propoſitione quæ propter Experientiæ Teſtimonium firma judicatur.

Eorum quæ ſunt, nihil temerè in quoduis agit, nec à quouis temerè patitur, nec quoduis à quouis gignitur, niſi aliena vi:
Ergo omnia fiunt ex contrariis.

Antecedens probatur exemplo Albi, quod non fit ex muſico, ſed ex nigro, aut quodam ejus medio, niſi per accidens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

prior ſententia corruit. Siquidem idem ſibiipſi non poteſt eſſe contrarium. Nec etjam quiſquam Phyſicorum rarum aut denſum, ſolidum aut vacuum principia agnouit, ſed adjumenta ſecunda.

XI.

Syllogiſmus hic qui ad figuram ſecundam formatus videtur, mirabilem aut ferè nullam habet connexionem. Nam ex puris conſtat affirmatiuis; Et ſubjectum propoſitionis vitioſè de ſubjecto Aſſumptionis in complexione prædicatur.

XII.

Quæ hîc confirmatur Experientiæ Teſtimonio ſententia, etjam ipſius Experientiæ Teſtimonio contrario & veriori refutabitur; quod exempla allata ſatis euidenter conuincent. Nulla enim contrarietatis patietur ratio verè dici ex nigro fieri album; Siquidem contraria ſe inuicem expellunt, & ita inter ſe pugnant, ut in nullo ſubjecto ſimul ineſſe poſſint: ſed uno adueniente cedit alterum, tanquam vi potentioris hoſtis expulſum. Nullo itaq; pacto hoſti materiam ſuggerit, aut ejus cauſa eſt efficiens. Eadem etjam ratio eſt reliquorum exemplorum, tam in ſimplicibus quàm in compoſitis. Non enim ex priuatione aliquid fit, ſed ex re exiſtente. Miſera etjam materiæ ſors erit: quæ quia quo cum pugnet non habet, à numero principiorum & cauſarum prohibebitur.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Muſicus autem ex immuſico fit. Deinde exemplo corruptionis. Album corrumpitur in nigrum, aut in ejus medium aliquod. Et muſicus corrumpitur in non muſicum, aut in ejus medium. Eadem eſt ratio rerum aliarum, & earum etjam quæ compoſitæ ſunt: quod tamen non eſt tam manifeſtum, quia hìc contrariæ affectiones nominibus carent. Hæ etjam oriuntur è contrariis & in contraria corrumpuntur: ut earum exemplis demonſtrare licet.

XIII.

Repetitur Teſtimonium Philoſophorum, per quod capitis hujus initio extructa fuit principiorum contrarietas. Verùm diuerſitatem in ſententiis horum Philoſophorum repperit. Nam quidam principia priora: quidam poſteriora eadem conſtituerunt: quidam ſenſui notiora, quidam intellectui &c. Ex omnium nihilominus ſententiis infertur principia eſſe contraria: quod demonſtraſſe oportuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Nec etiam locum hîc habebit interpretum ſubterfugium: qui ex contrario interpretantur poſt contrarium. Cùm hîc de principiis ſermo ſit, ex quibus res componantur, non de rerum ordine, quæ priores poſterioresúe ſint à natura factæ.

XIII.

Si argumentum hoc, emendicatum videlicet ſuffragium Philoſophorum, firmum & conſtans in prima acie fuiſſet, temere hîc ejus auxilium imploraretur. Cùm, etjam ipſo Ariſtotele teſte, ejusdem rei repetitio, præterquam quòd inutilis eſt, nauſeam lectori parit, & auditori bilem commouet.

VERITAS ODIVM PARIT.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1020 4° copy 1